

## Notizen über das hl. Blut in der Stiftskirche zu Münster, Ct. Graubünden.

Gesammelt v. P. Albuin Thaler, O. Cap.

Folgender Bericht ist die Kopie eines Pergamentbüchleins, das 14 beschriebene Blätter in Kleinoktav umfaßt. Lange blieb es unbeachtet im Stiftsarchive liegen; im Jahre 1891 hätte es für ein paar Tage nach Einsiedeln wandern sollen, tauchte aber anstatt dessen nach einer dreijährigen, unfreiwilligen Irrfahrt in Köln am Rhein auf, von wo es in verdankenswerter Weise in seine alte Heimat zurückbefördert wurde.

Die Schriftzüge und besonders die eigentümlichen Initialen eines gleichzeitigen hl. Blut-Urbars (1460), dessen Schreiber darin genannt ist, führten auf den Auktor ebendieses Manuskriptes, welches die Geschichte vom hl. Blutwunder zum Inhalte hat. Es ist dies Hans Rabustan, Sohn des Conradin Rabustan von Campovasto. Als Kaplan der Wallfahrtskirche U. L. Frau in St. Maria (1457—1474) scheint Hans Rabustan besonders mit der Abfassung von Urkunden sich beschäftigt zu haben. Nicht nur im Münsterthale, sondern auch in verschiedenen Dörfern des benachbarten Vinstgaues treffen wir Dokumente, in denen er als notarius publicus auftritt. Für die Lokalgeschichte ist besonders nachstehender Bericht vom hl. Blutwunder von Bedeutung, da er demselben Auszüge aus Ablaßbriefen beifügt, deren Originale wohl zur Hälfte durch die Ungunst der Zeit verloren gegangen sind. Ein Vergleich der noch vorhandenen Originale mit diesen Auszügen läßt erkennen, daß Rabustan, mit Abzug einiger lapsus calami, sich einer lobenswerten, historischen Treue befissen habe, ein Vorzug, der besonders hinsichtlich der verlorenen Originale in betracht kommt. Leider nahm er auf die Reihenfolge der Daten ebenso wenig bedacht, wie Goswin, der Chronist von Marienberg; da dieser Fehler nicht nur bei Aufzählung der Ablaßverleihungen zutage tritt, sondern auch beim Berichte über das Wunder selbst, so erschwert dies nicht wenig die Zeitbestimmung der einzelnen Vorkommnisse. Neben der naiven Darstellung, welche dem Auktor eigen ist, wird der Leser gerne zugeben, daß ihm aus dem Ganzen ein frommer Geist entgegenwehe und daß die vielen Anklänge an die hl. Schrift und an das Brevier der Erzählung eine eigentümliche Weihe verleihen.

Etenim sacramentum regis abscondere bonum est, opera autem Dei revelare et confiteri honorificum est. Thobiae XII. Et propheta hoc idem exhortatur, dicens: Enarrate universa mirabilia eius. Quare ergo huius venerabilis sacramenti secretum impetrabilis veritatis et divini consilii abyssum simplici ac pura fide cum integra veritate absque ulla ambiguitate in cordis cubiculo

nulla falsa aut haeretica disceptatione aut opinione admissa abscondere honorificum est ac salutare, Miracula autem et opera eius, quae nemo alius fecit quam verus Deus, circa huius altissimi sacramenti gratiam puritate fidei manifestanda nimiam suam propter caritatem Deus summus non volens simplicium ac rudium corda huius deifici ac per omnia divini sacramenti fidei merito expertes remanere, qui vult omnes homines huius venerabilis sacramenti fidei veritate salvos fieri misericorditer dignatus sua largiflua pietate est hoc in loco forma benedicti ac sacramentalis panis incruentam carnem sua mirabili potentia ac nostram propter salutem transmutare, ut ordo ac series subsequentis historiae ostendet.

Ante retroactis temporibus erat quaedam sanctimonialis hoc praesenti in loco huius monasterii, Agnes nomine singulariter vocata, quae quidem secundum ritum universalis ecclesiae cum caeteris suae religionis consortibus in coena Domini ad sacrum altare ac sacramenti corporis et sanguinis Christi communionem accedere debuit, gravi tamen peccati stimulo eius remordente ac renitente conscientia et sic angustiis undique dolorose circumdata, tum si accederet, apostolica feriretur sententia, quae dicit: qui indigne manducat et bibit etc., tum si non accederet, omnibus scandali occasionem daret, timens domini comminationem: Vae homini, per quem scandalum venit etc. Et sic in ar[c]to suae mentis posita tremens ac humiliter salvatoris clementiam suppliciter deprecatur, ut dirigat gressus eius in viam pacis et salutis; subsequenter repentino instinctu permota de Dei sperans misericordia, ad reverendum altare ac sacramenti benedicti communionem accessit. Quo assumpto velocius sui secreti locum petiit et hoc gloriosum ac venerabile sacramentum ista Sunamitis proprio ab ore excepit et in partem sui pepeli innodavit et in suam cistam vel archam reponendo conservavit.

Proinde tamen eius in pectore ingentes versabantur curae ac tribulationum fluctus cor eius dolorose percellabant, quaerens opportunitatem, quomodo secretissime et absque nota misterium dominicum ad altare sacrum repraesentaret ac deinceps sacerdos proxime divina ministrans ipsum sacramentum certissime inveniret et sic infamiam ac maius peccatum curiose declinaret. Quadam vice diligenti speculationis examine certificata, quia nemo in ecclesia hominum esset, velocius pepelum cum sacramento de archa clandestine eius in manum assumpsit et ad cornu altaris properavit et sacramentum de pepelo enodavit. Quo facto vidit, quod sacramentum mirifice in cruentam carnem et sanguinis vi[e]ridicam speciem se transmutavit. Quo viso nimio terrore perterrita et forte ultra, quam credi potest, et anxia flevit amare; tandem ad se aliquantulum digito Dei docta rediens, quidve factura esset, in statera rationis pensavit. Et assumpta ex divinae miseracionis largitate aliquantulum fiducia, qui

praestat sapientiam parvulis et gratiam humilibus, magno cum tremore et medullitus ingemiscendo hostiam sanctam de altari in peplo reassumpsit et de monasterio ecclesiae ad cappellam sancti Galli properavit, quia ibi, tamquam in privato loco, solitum erat sacerdoti devotionis gratia horas suas Deo exsolvere, quem et non diffido ibi Domino dispensante gratiam huius miraculi, orantem secrete illo pro tempore invenit, cui gestae rei per ordinem lacrimabiliter flens et eiulans singultiendo per singula detexit. Quo percepto sacerdos illam salutarem et miraculosam hostiam a sanctimoniali devote ac venerabiliter cum lacrimis expostulavit, quam quidem illa promptissimo animo venerando sacerdoti velocius assignavit et ad monasterium humiliter rediens devotissime poenituit.

Erat autem praedicta sanctimonialis de valle Engedina de quodam vico Sins natione insigniter, quia filia militis natalibus nobilibus exorta. Praedictus autem presbyter, nomine Johannes, ex miraculosa huius sacramenti transmutatione tam viscerose ex intima sui cordis devotione medullitus et ardentissime affectus atque accensus ad hoc misterium. Ut ergo liberius ac per amplius suae posset vacare devotioni, clauclerio[?] secum deferens panem vitae abscessit. Nemorosam ac condensam silvam, quae sita est in dyocesi Tridentina super Marlingam alte et supra montem, qui vulgariter dicitur Quadrat, eminentis altius hanc adiit, cupiens heremi incola ibi gratia sacramenti affectus perdurare. Ibique praedictus ac venerabilis sacerdos invenit quandam parvam cappellam, qui ob hoc gaudens, dominum collaudans mox ibi hoc miraculosum sacramentum in altari sancto devotissime collocavit.

Vis autem divini amoris agebat in eo desiderium iterandae visionis, et sic iterum amoroso oculo inspecto sacramento vidit esse dispositionem eius dexteram brachii ac manum nobilissime ac tenere formatam in eodem. Quo viso miraculo prociidit prae stupore ac nimia admiratione super terram, orans atque Deum coeli benedicens super mirabilibus suis erectisque manibus ac oculis in coelum Dominum iterum collaudans atque superexaltans, quia mirabilis Deus in sanctis suis et mirabilior in maiestate sua. Quia illum venerandum sacerdotem huius sacramenti dextera ac eiusdem dexterae manus visio adeo delectabat ac nimia admiratione commovebat, quod nullus unquam hominum tam alta veritatis contemplatione ita nude ac perspicua divina perlustrasset misteria, apud se cogitabat. Quali autem et qua mirabili et quanta suavitate dulcedine de hoc misterio fruendo satiaretur illis diebus, illi relinquo, qui magnam et nimiam dulcedinem abscondit timentibus et diligentibus se, nisi quod dicam: Domine dominus noster etc. Tandem ad se reversus: verbum caro factum (est) in solito conservationis vasculo gaudens spiritu reposuit.

Transactis paucis diebus, quia cor eius amore languidum ac amoris igne inpatiens, cupiens iterum videre cum dilecta etiam dilectum dominum suum ac cum famoso illo Symeone manibus suis contrectare puerum Jesum, quia impetus orationis nullo obtemperat iudicio rationis, et aperiens pixidem in manus assumpsit ipsum dominicum misterium et diligentius intuens clara luce comprehendit ipsum sacramentum priorem non habentem speciem, sed mutatione dextrae Dei excelsi facta vidit sacramentum habere dispositionem faciei admodum virilis et constantis aspectus. Quo viso sacerdos timuit offendisse suis peccatis divinam maiestatem, quia nihil ibi amoris blandiebatur ista facies, ut prius dextra, sed solus virilis aspectus rigoris constantia cernebatur et cepit recogitare omnes annos suos in amaritudine animae suae et iniustitias suas adversus se confiteri domino, et iterum reposuit hostiam sacram in pixidem collaudans Deum corde, verbo et opere seque ieiuniis, vigiliis, disciplinis ac orationibus vehementer die noctuque affixit. Aliquanto pro tempore demum propulsa nebula timidiae conscientiae et assumpta fiducia matrem totius gratiae et consolationis obnixae precibus humilibus instanter pulsatur, quatenus ipsa interveniente, ne Deum offendant, quia ipsum iterum urgente stimulo amoris tangere concupiscat ob jugum sancti amoris, quam gloriose et inquiete istos illaqueos, quos tu plene possides, et sic salutis hostiam cum timore et tremore de pixide in suas devote manus excepit et oculis suis columbina simplicitate citius perspicuens relicta prima forma faciei vidit sacramentum mutatum in similitudinem agni immaculati et incontaminati. Quod videns perspiciter seipsum totum in aquas lacrimarum resolvit et sibi pro peccatis suis cum propheta fuerunt lacrimae suae panes die ac nocte, et iterum ad priorem locum reponens altaris sacrificium.

Cunctis autem in monasterio admirantibus, quoniam Johannes presbyter devenisset, tandem multis scrutiniis ac inquisitionibus habitis lumen in tenebris latere non potuit, et de miraculo sacramenti rumor excrevit et tandem ad abbatissam usque pervenit et qualiter ipsum sacramentum recedens secum abduxerit, enarratur.

Illis in temporibus erat quaedam abbatissa in monasterio alto stemate ac Libertinorum genere nobiliter progenita, vulgariter vero Neyphen oriunda Adelhaidisque vocata. Quae assumptis secum aliquantis suae religionis dominabus necnon militibus ac caeteris nobilibus, et concito gradu pergens miraculi gratia impellente ad montem, qui Quadrat dicitur, pervenit et cappellam sancti Petri cum suis devote subintravit. Quam praefatus presbyter videns aliquali perfundebatur rubore ac ductus verecundia, at illa venerabilis reverenti animo ac mansuete presbytero ait: „Quidnam praetendisti, quod nos in hoc facto tam graviter offendisti, auferendo a nobis gloriosum ac mirabiliter conversum dominici corporis misterium.

Praecipiendo mandamus tibi, quatenus in locum tuae mansionis pristinae quantocius revertaris;“ quod et devote adimplevit idem praedictus presbyter. Et sic assumpta cleri turba praedicta matrona venerabilis gloriose, laudabiliter ac cum omni reverentia, ut vero Deo decet, hoc altissimum summae maiestatis miraculosum sacramentum cum gaudio et cordiali jubilo ad monasterium reducerunt benedicentes nomen domini, quod est laudabile, gloriosum et benedictum in saecula. Amen.

Tempore autem eodem praelibata generosa domina abbatissa cum sui conventus necnon aliorum nobilium et discretorum virorum consultu causa confirmationis Romam quendam probum et circumspertum virum, nomine Berchtoldum per tunc temporis praepositum huius monasterii cum litteris approbationum, signorum atque miraculorum huius pretiosissimi sacramenti mandare curavit. Qui vero praepositus gaudenter et devote cum hoc excellentissimo atque miraculoso sacramento cum litteris testimonialibus Romam ivit, sanctissimoque apostolico Urbano quarto rem a principio gestam fideliter per ordinem notificavit. Papa vero praenotatus Urbanus, videns atque cognoscens hoc miraculosum sacramentum tam saepe fore transmutatum sub speciebus diversis, praecepit praenominato praeposito Berchtoldo, ut fideliter ad locum huius monasterii [fideliter] reportaret, quod et devotissime adimplevit, apostolicusque praenotatus rite confirmavit et speciales indulgentias, ut postea declarabitur, misericorditer indulsit et concessit.

Summa omnium indulgentiarum huius monasterii et altarium existentium ibidem, prout copiatae, exsumptae et reportatae sunt ex privilegiis et litteris sigillatis, existentibus et habentibus ibidem in dicto monasterio post reformationem et reconciliationem combustionis memorati monasterii, et primo:

Anno domini MLXXXVII. dedicatum est hoc monasterium tunc temporis vocatum Tubris a venerabili Norperto Curiensi episcopo XVIII. Kl. Septembris in honore[m] domini nostri Jesu Christi et victoriosissimae crucis Dei et genitricis Mariae et sancti Johannis Baptistae et sanctorum apostolorum Petri, Pauli, Andreae, Thomae et Bartholomaei, sanctorum martyrum Georgii, Desiderii, Vigili, Laurentii, Victoriani, Marcelli, Cassiani, sanctorum confessorum: Benedicti, Florini et Zenonis sanctorumque virginum: Eulaliae, Verenae, quorum reliquiae altari sunt impositae et aliorum sanctorum quamplurimorum. Indulgentiae vero huius dedicationis a dicto domino datae sunt XL dies criminalium et anni venialium omnibus pie hoc monasterium visitantibus in festo dedicationis, per octavas necnon festivitates sanctorum superius assignatas.

Nota: indulgentias pro miraculoso sacramento specialiter datas:

In nomine domini, amen. Anno eiusdem domini MCCLXXV. apportata est indulgentia de peractione officii corporis Christi a venerabili praeposito huius ecclesiae Berchtoldo statutum a sanctissimo patre Urbano quarto: Noverint vero universi Christifideles idem officium sacratissimi corporis Christi Jesu peragere proxima feria quinta post octavam pentecostes; et omnes, qui interfuerint singulis horis canonicis in hac die huius officii, eos de criminali peccato CCCCCXL dies indulgentiam adepturos prout praefatus papa, videlicet Urbanus, sua auctoritate confirmavit. Omnes enim ad hanc ecclesiam venientes ob reverentiam dicti officii corporis Christi specialem sciatis indulgentiam obtinere propter corpus, quod hic in substantia cruenta carnis habetur etc., de speciali vero gratia indulgentiam quatuor episcoporum IIII carrenas. C. IIII. III<sup>or</sup> ieiuniis annualibus omnes ad praedictum officium venientes similiter obtinebunt; per totam vero octavam omnibus advenientibus C dies criminalium relaxantur.

Anno domini MCCLXXXI. dedicatum est summum altare et ecclesia reconciliata a venerabili episcopo Curiensis ecclesiae, Conrado, in honore[m] sanctae et individuae trinitatis, sanctae Dei genitricis Mariae et victoriosissimae crucis et sancti Johannis Baptistae. Altare vero ex novo constructum fuerat a venerabili praeposito Berchtoldo. Dedicationem vero huius altaris cum reconciliatione huius ecclesiae peragere noveritis annuatim proxima dominica post octavam pentecostes.

Haec sunt reliquiae, quae continentur in hoc altari sancti Johannis Baptistae: de velo sanctae Mariae ac eius crinibus et cingulo, de ligno sanctae crucis, spina una de corona domini, praecipue sancti Johannis Baptistae, apostolorum Petri, Pauli, Andreae, Symonis et Judae, sanctorumque martirum: Blasii episcopi, Vigili episcopi, Marcelli papae, Zenonis, Desiderii episcoporum, Georgii, Sebastiani, Pancratii, Vincentii, Oswaldi, Germani, Cassiani, Callisti, Laurentii, Mauriti et sociorum eius et sanctorum confessorum: Nicolai, Martini, Benedicti, Lucii, Florini et sanctorum virginum: Catharinae, Agnetis, Verenae, Mariae Magdalenae, Eulaliae, Julianae, Candidae, Othiliae, undecim milium virginum et aliorum multorum sanctorum. — Indulgentiam dedicationis huius altaris et reconciliationis huius ecclesiae a VI episcopis VI carrenas cum sex ieiuniis annualibus omnes advenientes invenire sciatis; et sic eadem gratia per totam octavam pleniter habetur.

Item sub annis domini MCCLXXXVII. venerabilis pater et dominus dominus Fridericus episcopus ecclesiae Curiensis contulit omnibus hominibus hoc monasterium pie visitantibus, confessis et contritis in remissionem peccatorum suorum de iniuncta eis poenitentia, videlicet in quatuor festivitatibus beatae Mariae virginis et sui patroni sancti Johannis Baptistae, in festo sanctae Katharinae

et in anniversario dedicationis huius templi XL dies criminalium et C dies venialium.

Item similiter venerabilis pater et dominus Fridericus episcopus Frisingensis ecclesiae sub annis domini MCCLXXXV. ob honorem praenominati sacramenti omnibus hoc monasterium confessis et contritis pie in festo sanctissimi corporis Christi, dedicationis et earum octavas visitantibus contulit in remissionem peccatorum eorum XL dies criminalium et C venialium de iniuncta eis poenitentia.

Item frater Berchtoldus, Dei gratia Ybonensis [Zybonensis oder Symbaliensis?] episcopus, vicarius ecclesiae Curiensis in spiritualibus constitutus sub annis domini MCCCXVI. in remissionem peccatorum suorum contulit omnibus pie hanc ecclesiam confessis et contritis visitantibus, videlicet in nativitate, in circumcissione, epiphaniae domini, coena domini, Parasceve, resurrectionis, ascensionis, pentecostes, in quatuor festivitatibus sanctae Mariae, sui patroni [s. Joh. Bapt.], in festo dedicationis huius templi et earum cappellarum et altarium, in festo corporis Christi et per earum octavas vel quotiescumque manum adiutricem porrexerint, necnon de facultate sua in extremis ad fabricam legaverint, auctoritate omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum, eorum meritis confisi, XL dies criminalium et C venialium.

Item anno domini MCCLXXXV. dedicata sunt haec duo altaria subscripta in dicto monasterio. In nomine sanctae et individuae trinitatis, victoriosissimae crucis domini nostri Jesu Christi et sanctae Mariae perpetuae virginis: primum altare praecipue in honore sancti Galli confessoris, secundum vero in honore sancti Blasii, episcopi et martiris, per dominum Emanuelem venerabilem, episcopum Crimonensem, qui omnibus et singulis ad eandem dedicationem confluentibus de omnipotentis Dei gratia confisis, videlicet de XXXIII. archiepiscopis et episcopis, quorum autentica patenter ostendit, et eodem Emanuele episcopo XXXIII. adiuncto, de quolibet praedictorum XL dies criminalium de iniuncta eis poenitentia peccata oblita, vota fracta, si ad ea redierint, in domino misericorditer relaxantur. Indulgentia vero praedicta amorum altarium ad octavam eiusdem dedicationis integraliter duratura et similiter per octavam celebrationis corporis Christi, quae inibi summa devotione colitur peragendo, dedicationes autem praedictae celebrandae positae sunt singulis annis primi altaris feria III. et secundi altaris feria quarta in septimana sanctae trinitatis solemniter venerandae.

Item anno domini MCCC frater Jacobus, Dei gratia episcopus Pavidensis [Panidensis?], vicarius in spiritualibus domini Sigfridi Dei gratia episcopi Curiensis et dominorum episcoporum Dei gratia Spirensis et Basiliensis, contulit et concessit hanc gratiam

et rectam indulgentiam in omni feria quinta in ecclesia sancti Johannis in monasterio et in aliis ecclesiis sibi annexis et in omnibus festivitibus, quae ibidem celebrantur, XL dies criminalium et C dies venialium.

Item dedicationes altarium beatorum Petri et Pauli ac aliorum apostolorum iuxta chorum sancti Johannis Baptistae, et cappellae et altaris beatae Mariae in dicto monasterio existentium occurrunt in proxima feria sexta infra octavam corporis Christi, videlicet apostolorum, sed cappellae in die sabbati; dedicatio cappellae sancti Udalrici, Leonhardi confessorum et IV evangelistarum occurrit in feria secunda infra octavam festorum corporis Christi. Dedicatio vero sancti Nicolai semper occurrit in die beatorum Primi et Feliciani martyrum, quae indulgentiae harum cappellarum non sunt huc annotatae.

Item summa summarum omnium indulgentiarum praedictarum litterarum et privilegiorum superius notatis exceptis indulgentiis de peractione festorum corporis Christi, ut habetur in posterum in fine huius copiae, sunt enim duo millia duocenti et LXX dies criminalium, unus annus et CCCC dies venialium cum X carrenis et X ieiuniis annualibus. Hae praescriptae indulgentiae omni die per octavam festorum corporis Christi habentur et festum dedicationis nostrae ecclesiae sancti Johannis Baptistae.

Anno domini MCCLIII. [MCCLXIII.] Urbanus papa quartus primo instituit festum corporis Christi celebrandum in proxima quinta feria post octavas pentecostes cum magna solemnitate per totam octavam et hoc multis de causis etc. Unde ad praesens festum corporis Christi dedit postscriptas indulgentias. Unde vere poenitentibus et confessis, qui matutinali officio huius festi praesentialiter, ubi in ecclesia celebrantur, adessent, C dies, qui vero missae totidem, illis autem, qui interessent primis vesperis C dies, qui vero in secundis vesperis totidem. His quoque, qui primae, tertiae, sextae, nonae ac completorii interessent officiis, pro qualibet horarum ipsarum XL dies. Illis autem, qui per ipsius festi octavas in matutinalibus, vespertinis, missis ac praedictarum horarum beneficiis praesentes existerent, singulis diebus octavarum ipsarum C dies indulgentiam misericorditer tribuit perpetuis temporibus duraturam, quod papa Martinus duplicando confirmavit.

Item notandum: papa Urbanus quartus dedit speciales indulgentias ad praesens miraculosum sacramentum per divinam potentiam hic in monasterio mirifice ostensum et cum hoc in summo altari reconditum omnibus devote quaerentibus CCCCC et XL dies criminalium cum aliis inscriptis indulgentiis etc. hic in littera in clausula illa, quae incipit „In nomine domini. Amen.“

Anno domini MCCCCLVII. Leonhardus Dei et apostolicae sedis gratia episcopus Curiensis omnibus christifidelibus confessis et contritis, quotiescunque visitaverint devote hoc miraculosum sacramentum sub specie veritatis continetur dicendo unum pater et unum ave Maria, XL dies criminalium et tottidem venialium misericorditer indulxit.

Bevor wir auf die chronologische Anordnung obiger Daten näher eintreten, müssen wir die Literatur kennen lernen, welche uns hiebei etwelche Dienste leisten könnte.

a) Von diesem Hostienwunder existiert (laut gütiger Mitteilung des Herrn k. k. Univ. Prof. Dr. Seemüller, Innsbruck) in einem MS der Wiener Hofbibliothek 2699 Bl. 46 b u. ff. ein mittelhochdeutsches Gedicht, betitelt „ditz ist von gotz leichnam“; der Verfasser desselben nennt sich „Her Niulous Slegel ûz Vinscheu geborn.“ Das Gedicht stimmt im Wesentlichen mit obigem Berichte des Hans Rabustan überein; beide Auktoren schöpften vermutlich aus derselben Quelle; ob dieselbe ein noch älteres Manuskript oder die Tradition gewesen sei, läßt sich nicht ermitteln.

b) Als eine Übersetzung unseres lateinischen MS, allerdings mit verschiedenen Zutaten vermehrt, könnte der „Außfürliche Bericht und Historia etc.“ angesehen werden; derselbe ward gedruckt zu Bozen bei Ph. Jakob Khuen 1706. Als Titelbild figurirt in demselben eine Kopie des Ostensoriums, in welchem das hl. Blut aufbewahrt wurde. Diesem Büchlein im 12<sup>o</sup> Format begegnet man noch heutzutage vielerorts in Tirol. Nach einer ziemlich langen, im Geschmacke der damaligen Zeit abgefaßten Vorrede berichtet der Auktor F. C. Z. N. B., daß er als direkte Quelle seiner Übersetzung benützt habe,

c) „eine alte authentische Schrift von anno 1498 auff alter Pintnerischer [Bündner i. e. romanischer] Sprach beschriben.“ — Diese Übersetzung scheint aber verloren gegangen zu sein.

d) Eine italienische Übersetzung des Hostienwunders erschien in der: „Istoria delle Missioni dei Cappuccini nella Rezia“ di P. Clemente. Trento 1701, lib I. pag. 42.

e) Eine romanische Übersetzung von Laudammann Florin Pitsch in Gröbers „Zeitschrift für romanische Philologie“, VII. Band, 1883, pag. 537. — Erschien in 2. Auflage unter dem Titel: „Poësiâs ladinas da Mústair da Ml. Fl. Pitsch. Innsbruck 1904, pag. 11—19.

#### Anmerkungen:

Auf die Frage, wann dieses hl. Blut- oder Hostienwunder geschehen sei, läßt uns die ganze Literatur im Stiche. Die Jahreszahlen divergieren zwischen 1232—1263. Einen Anhaltspunkt über die Zeit, in welcher die Chorfrau Agnes von Sent

gelebt haben mochte, können wir aus dem archivalischen Materiale des Stiftes herausfinden, wenn wir die zwei Personen ins Auge fassen, welche zugleich mit Agnes handelnd auftreten, nämlich die Abtissin Adelheid und der Priester Johannes.

Im XIII. Jahrhunderte treten zwei Äbtissinnen Adelheid urkundlich auf: die erstere vom 16. Oktober 1211—1233, die letztere vom 9. Mai 1292—1298. Wenn wir auf die Ablassverleihung des Papstes Urban IV. reflektieren, so kann hier nur die erstere Äbtissin Adelheid in Betracht kommen, von welcher Hans Rabustan meldet, daß sie von Neuphen abstamme.<sup>1)</sup> Von 1234—1268 ist der Name der Abtissinnen unbekannt.

Um dieselbe Zeit, nämlich von 1227—1238, begegnen wir in den Urkunden wiederholt dem Priester Johannes de Grava von Münster. Besonders tätig finden wir ihn am 17. Oktober 1228, an welchem Tage er in der Nähe der Wallfahrtskirche U. L. Frau im Walde [= St. Maria] einen Grund kaufte, um auf demselben eine Marienkapelle, ein Klösterlein und ein Hospiz „ad receptionem pauperum et sustentationem debilium“ und „ad consolationem omnium alpes asperrimas transeuntium“ zu gründen, zu welchem Zwecke die Leute von Münster am Tage der Kapellenweihe, am 11. Juni 1233, ein Stück Weidland schenkten. Johannes hatte sich selbst mit mehreren Genossen zu einem Leben „perbonae conversationis“ zurückgezogen. Im Jahre 1236 bestand dort bereits ein Augustiner-Chorherren Kloster mit einem Propste an der Spitze; und am 29. April desselben Jahres erließ Papst Gregor IX. zu Gunsten desselben ein Schutzschreiben. Die Bischöfe von Chur, Berthold I. und Volcard, empfahlen die neue Gründung dem Wohltätigkeitssinne ihrer Diözesanen. Eine solche rege Tätigkeit des Priesters Johannes läßt mit Recht ein außerordentliches Ereignis voraussetzen. Noch heutzutage bezeichnet man eine kleine Zelle neben der hl. Ulrichskapelle als den Ort, in welchem laut Tradition die Frau Agnes ihr Bußleben beschlossen. Dieselbe Überlieferung meldet, daß auch der Priester Johannes sich in die Einsamkeit zurückgezogen, was wir in der bischöflichen Urkunde von 1230 bestätigt finden. Die Tätigkeit des Priesters Johannes beginnt im Oktober 1228 und wir werden, in Anbetracht der Flucht und des Verweilens des Johannes auf Quadrat, den Gründonnerstag dieses Jahres als das Datum annehmen können, an welchem die Frau Agnes mit Gewissensängsten die heilige Kommunion empfangen und bald darauf die wunderbare Umwandlung der hl. Hostie wahrgenommen habe.

---

<sup>1)</sup> Neuphen, ein Schloß mit einer kleinen Stadt im Württembergischen, war das Stammhaus der uralten Herren von Neuphen, die sich nachhin auch Grafen von Marstetten, Graißbach und Truhendingen nannten. — Sinnacher, Beiträge zur Geschichte von Säben, IV. Bd. Seite 120.

Sollte dann unter der nämlichen Äbtissin Adelheid Propst Berthold behufs päpstlicher Bestätigung mit dem hl. Blute nach Rom zu Papst Urban IV. geschickt worden sein, wie dies Hans Rabustan ausdrücklich meldet, so muß notwendig die Jahreszahl MCCLXXV in MCCLXIV abgeändert werden, da Papst Urban IV. bereits in demselben Jahre starb. Wenn das bischöfliche Visitationsprotokoll vom Jahre 1638 berichtet: „Contigit hoc miraculum, ut formatum instrumentum habet, sub Urbano P. P. IV.“, so ist damit zweifelsohne das Manuskript des Hans Rabustan gemeint; dem Originale selbst, wenn es vorgelegen und nicht schon im Jahre 1499 mit mehreren anderen, gleichartigen Schriften verloren gegangen wäre, hätten die Visitatoren doch sicherlich einen anderen Namen gegeben. — Hans Rabustan macht uns noch im besonderen auf die Ablässe aufmerksam, welche Papst Urban IV. außer den in der Bulle vom 11. August 1264 bezeichneten Ablässen speziell der Stiftskirche in Münster verliehen hat, und beruft sich dabei, wie bei den späteren Ablaßverleihungen, auf gesiegelte Urkunden, welche sich damals noch sämtlich im Klosterarchive vorfanden.

#### Die Ablaßbriefe:

Hans Rabustan meldet, daß im Jahre 1281 die Stiftskirche vom Bischofe Konrad von Chur rekonziliert und der vom Propste Berchtold neu errichtete Hochaltar geweiht worden sei. Was diese Wiedereinweihung der Kirche veranlaßt habe, ist aus dem Berichte des Rabustan nicht ersichtlich; das Original des Weibebriefes ist aber verloren gegangen. Gelegentlich dieser Rekonziliation wurde das Kirchweihfest auf den Sonntag nach der Pfingstoktav, also auf den Fronleichnamssonntag, verlegt, wie überhaupt in der Folgezeit die Verehrung des wunderbaren hl. Blutes durch verschiedene Ablaßverleihungen befördert wurde.

Vom Jahre 1285 (nach dem Originale: dat. Naturrs 20. Feb.) haben wir eine solche vom Bischofe Friedrich von Freising für den Besuch der Wallfahrtskirche am Fronleichnams- und Kirchweihfeste und deren Oktaven; diesem schloß sich anno 1287 der Diözesanbischof Friedrich an, dessen Ablaßverleihung sich auf den Besuch der Stiftskirche an den 4 Marienfesten, St. Job. Bapt., St. Katharina und Kirchweihe bezieht; das Original ist leider spurlos verschwunden.

Gelegentlich der Weihe zweier Altäre, zu Ehren der hl. Blasius und Gallus, im Jahre 1295 bemerkt der Konsekrator, Bischof Emmanuel von Cremona, daß bereits 33 Erzbischöfe und Bischöfe die hiesige Klosterkirche mit Ablaßverleihungen ausgezeichnet hätten („quorum autentica patenter ostendit“), welchen er sich mit einer neuen Verleihung anschließen wolle und zwar

besonders für die Fronleichnamsoktav, „*quae inibi summa devotione colitur*“ Dies alles nebst der Bestimmung, daß die Weiheanniversarien der beiden Altäre am Dienstag und Mittwoch vor dem Fronleichnamsfeste begangen werden sollten, wurde zu Meran am Feste des hl. Pankratius vom Diözesanbischof Berthold II. bestätigt.

Im Jahre 1300 verlieh Fr. Jacobus, Ep. Panidensis, Weibischof von Chur, Speier und Basel Ablässe auf jeden Donnerstag und auf alle hierorts üblichen Festtage. Nebst dem verlegte er die Anniversarien der Altäre, welche er bei dieser Gelegenheit mochte geweiht haben, möglichst in die Fronleichnamsoktav; so das Weihefest des Altares der hl. Apostel Peter und Paul beim Chore auf den Freitag, das der Kapelle und des Altares U. L. Frau auf den Samstag und das der Kapelle zum hl. Ulrich, Leonhard und den 4 Evangelisten auf den Montag in der Fronleichnamsoktav.

Im Jahre 1316, am 21. August, rekonzilierte Fr. Berchtold, Ep. Zimbon. und Weibischof von Chur, das Kloster, den Friedhof und die Kapellen und verlieh auf die hier üblichen Feste unvollkommene Ablässe. — Die Veranlassung zur Rekonziliation der Klosterkirche ist nicht näher angegeben; möglich, daß eine durchgreifende Restaurierung des Gotteshauses dazu beigetragen hatte oder daß das Innere bei dieser Gelegenheit (wenn nicht schon anno 1281) mit Freskogemälden neu geschmückt worden wäre. Ein Zufall führte zur Entdeckung, daß diese neueren Gemälde auf einer Mörtelschichte aufgetragen waren, hinter welcher noch ältere Fresken zum Vorschein kamen, die auf die Erbauung der Stiftskirche in der Karolingerzeit hinweisen.<sup>1)</sup>

Hier ist einzuschalten der Ablaßbrief des Fr. Benedict, O. S. Aug., dat. Marienberg, 14. Jänner 1390; derselbe nennt sich darin „*subcommissarius et substitutus reverendissimi patris et domini Fr. Johannis de Burgo ord. fratrum minorum, sanctissimi patris ac dñi, dñi n., dñi Bonifacii div. prov. papae noni super predicatione crucis et aliis negotiis et indulgentiis sibi concessis commissarii vices quoque summi poenitentiarum gerentis*“; als solcher approbierte er die bereits verliehenen Ablässe und fügte denselben noch neue hinzu. Bei dieser Gelegenheit wird zum erstenmale das Fest Mariä Empfängnis erwähnt, sowie auch der weit verbreiteten Verehrung<sup>2)</sup> des wunderbaren hl. Blutes.

<sup>1)</sup> J. Zemp: Das Kloster St. Johann zu Münster. Genf 1906.

<sup>2)</sup> „*Cæterum quia in eodem monasterio sacramentum corporis Christi miraculose habetur, ad quod etiam confluentia est populorum, nos volentes, ut et dictum sacramentum de caetero venerabiliter honoretur, prae aliis sanctuariis, quae ab illo sanctificantur, dictum sacramentum volumus, quotiescunque ostenditur et a populo adoratur, quemlibet Christifidelem participem esse indulgentiarum subscriptarum, etiam extra tempus festivitatis corporis Christi.*“

Den Schluß der Ablaßverleihungen zu Gunsten des wunderbaren hl. Blutes bildet nach Hans Rabustan diejenige des Bischofs Leonhard von Chur vom Jahre 1457; das Original auch dieses Ablaßbriefes ist uns verloren gegangen.

Wenn auch diese Ablässe seit dem Abgange des hl. Blutes (1799) nicht mehr gültig wären, wie überhaupt alle früheren, der Stiftskirche verliehenen Ablässe durch das Ablaßbreve des Papstes Gregor XVI. vom 11. März 1842 annulliert wurden, so bleiben sie doch ein beredtes Denkmal für den häufigen Besuch die einstigen Wallfahrtskirche.

Weitere Notizen über das hl. Blut bis zu dessen Verluste:

Für die große Verehrung, welche die wunderbare Hostie in der nächsten Umgebung von Münster genoß, sprechen deutlich die vielen Vergabungen an das hl. Blut, welche der Chronist Rabustan circa 1460 in einem ansehnlichen hl. Blut-Urbar für die „Closterfrowen und Custerin anna pläntin“ zusammenschrieb; dieses Urbar wurde im Jahre 1506 erneuert und erhielt besonders in den Pestjahren 1511/12 und 1635 namhafte Beiträge, welche in späterer Zeit ein eigener „hl. Blut Propst“ zu verwalten hatte, bis sie mit bischöflicher Bewilligung vom 24. Jänner 1872 abgelöst wurden. — Für den weitverbreiteten Ruf des Hostienwunders nach auswärts spricht auch der Umstand, daß die Tiroler, als sie am 11. Februar 1499 das Kloster besetzten, das hl. Blut gleichsam als Siegestrophä mit sich nahmen und es dem Bischofe von Brixen widmen wollten, welcher aber dessen Rückerstattung verfügte.<sup>1)</sup>

Aus dem bischöflichen Visitationsprotokolle vom Jahre 1638 vernehmen wir, daß das wunderbare hl. Blut, nämlich „drei kleine Tropfen in einem Krystalle, der von einem größeren umschlossen“, in einem auf der Evangelienseite in die Kirchenwand eingelassenen Tabernakel aufbewahrt ward.<sup>2)</sup> — Im Jahre 1658 wurde unter der Äbtissin Ursula Carl von Hohenbalken für das hl. Blut ein neues Ostensorium angefertigt, dessen Kopie noch heutzutage im Kloster zu sehen ist; kleine Abbildungen von demselben wurden dem Wallfahrtsbüchlein vom Jahre 1706 beigegeben. Als ein zu einer Wallfahrt zum hl. Blute nach Münster besonders bevorzugter Tag galt der Sonntag in der Fronleichnamsoktav, zugleich

<sup>1)</sup> A. Jäger, Engadinerkrieg, Seite 94.

<sup>2)</sup> »A cornu Evangelii altaris majoris duo tabernacula sunt, in quorum uno sanguis de hostia sacra, quam olim monialis a comunione cistae suae incluserat, et denuo ad cistam rediens eandem in sanguinem conversam repererat; — sunt autem tres guttae exiguae in minore crystallo, quod majori insertum, inclusae, inibique clare conspiciuntur.«

Münsterer-Kirchweihe. Auf den Prunk, der damals hier entfaltet wurde, läßt uns ein Abkommnis zwischen dem Stifte Chur und Karl Sigmund von Schlandersberg vom Jahre 1736 schließen; laut dieses Vertrages wurden den Schlandersbergern gegen einen jährlichen Zins einige früher übliche Verpflichtungen erlassen und zwar unter anderen auch diese, daß die Schlandersberger, als Lehens-träger des Hochstiftes, zum Aufzuge am Kirchtage zu Münster 18 Reiter zur Begleitung des bischöflichen Schloßhauptmannes von Fürstenburg stellen mußten.<sup>1)</sup> Im Jahre 1758 wurde für das hl. Blut aus der Aussteuer der Chorfrauen Bernarda Dessin (aus Meran) und Gabriela Tschot (aus Pfunds) die gegenwärtige Gnadenkapelle und die darunter befindliche Gruft für die Klosterfrauen erbaut. Am 26. Oktober 1781 fand durch den bischöflichen Vikar von Glurus mit Zuzug anderer Priester eine Untersuchung des hl. Blutes statt, laut welcher „*particulae plures rubri coloris apparebant, quarum duae tresve valde erant conspicuae et instar micae panis exiguae*“.<sup>2)</sup>

Am 17. März 1799, beim Einfalle der Franzosen, ging das wunderbare hl. Blut gänzlich verloren; sei es, daß es vor der Ankunft der Franzosen so gründlich verborgen wurde, daß man es bis dato nicht mehr auffinden konnte, sei es, daß es die Franzosen des kostbaren Krystalles wegen mitgenommen hatten. Der Zerstörungswut der französischen Soldaten ist glücklicherweise eine Votivtafel entronnen, welche Max Strimmer von Schlanders im Jahre 1682 als Zeichen der Dankbarkeit hiehersandte, da seine Tochter auf Verehrung des hl. Blutes hin in wunderbarer Weise vom Irrsinne geheilt worden war.

Nachdem das Kloster von 1799—1838 seines Palladiums beraubt war, sollte die Stiftskirche am 24. Februar des letzteren Jahres durch die Übertragung des Gnadenbildes von St. Maria ein marianischer Wallfahrtsort werden und möge nun forthin als Gnadenstätte vom Segen sein für die nähere und weitere Umgebung.

---

## Die letzte Chronik der Benediktiner-Abtei Prüm in der Eifel.

Mitgeteilt von P. Hyginus Frenz, O. F. M., Werl i./W.

In der Klosterbibliothek des Franziskanerklosters zu Düsseldorf befindet sich eine Chronik des Klosters Prüm, die bisher noch unbekannt geblieben ist und im Folgenden ad verbum publiziert werden soll.

<sup>1)</sup> P. Coel. Stampfer, O. S. B. »das Schloß Fürstenburg«, Seite 21.

<sup>2)</sup> Bischöfliches Archiv zu Chur.